

hic per quedam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, nisi librum benevolis placitum, tamen invidis displicentem esse non ambigo. Optima enim quæque, ut ait Plinius, malunt contemneri * plerique, quam discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam re-colat, videat ordinem textumque sermonis; & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Ubicumque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum quod in Latinis codicibus non habetur. Ubi verò obelus, transversa scilicet virga, præposita est, illic signatur quid Septuaginta Interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

EIUSDEM AD DOMNIONEM & Rogatianum, in Esdræ, & Nehemiam præfatio.

Utrum difficultis sit, facere quod propositis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sententia est; & magnitudo oneris impositi ita cervicem premit, ut ante sub fasce ruendum sit, quam leyandum. Accedunt ad hoc invidorum studia; qui omne quod scribitur, reprehendendum putant: & interdum contra se conscientia repugnante, publicè lacerant * quod occultè legunt, in tantum ut clamare compellar, & dicere: *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.* Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, ut Esdræ librum * & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quidquid illud est quod a nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustrà autem, ut ait quidam, niti, neque aliud fatigando nisi odium querere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion, & Rogatiane charissimi, ut privatâ lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosos cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil noverunt. Si

qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar; admonentes ut Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distinctè & per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio, librorum diligentia conservetur. Nec quemquam moveat quod unus a nobis liber editus est: nec apocryphorum tertij & quarti somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos; nec de (a) viginti quatuor senibus sunt, procul abijcienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit Interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa, lacerata & * inversa demonstrat; nec potest utique verum asseri quod diversum est; mitte eum ad Evangelia: in quibus multa ponuntur quasi de Veteri testamento, quæ apud Septuaginta Interpretes non habentur, velut illud, *Quoniam Nazareus vocabitur.* Et, *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Et, *Videbunt in quem compunxerunt.* Multaque alia, quæ (b) latiori operi reservamus: & querite ab eo ubi scripta sint. Cùmque proferte non potuerit, vos legite de his exemplaribus, quæ nuper a nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm a me verum est? Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipsis auctoribus, translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium ac benevolentiam, qui post Septuaginta Translatore, iam Christi Evangelio coruscante, Ludæos & Ebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in Hexaplis, Ecclesiæ dedicarunt. Quantò magis Latini grati esse deberent, quod exultantem cernerent Græciam a se aliquid mutuari? Primum enim magnorum sumptuum est & infinitè difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ig-

nere interpretandi, seu epistola 101. que est ad Pammachium. Vide primam Præf. in Paral. circa med.

* Et invadere.

* Aliter, quæ.

Pr. 119. 2.

* Bened. ly & Esther expungunt.

(a) Libros intelligit in Canone Hebræorum comprehensos: ut fidem facit Prologus Galeatus.
(b) Latius istud opus est liber de optimo ge-

EIUSDEM PRÆFATIO in librum Iudith.

A pud Hebræos liber Iudith inter (c) hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa quæ in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum (d) Synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestre, immo exactiori: & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu, quàm ex verbo verum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi: sola ea, quæ intelligentià integrâ in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed & viris imitabilem dedi, quæ castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum * omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

EIUSDEM IN LIBRUM ESTHER præfatio.

L ibrum Esther variis translatoribus constat esse vitium: quem ego de archivijs Hebræorum revelans, verbum e verbo * expressi transtuli. Quem librum editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum funibus trahit: addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitate quibus verbis uti potuit qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam & * bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes hæc verba, Iudith & Esther super pro Præf. in Iudith, alium MSS. cod. Bibl. Collegij S. I. Avenion. Illis præloerat Rich. Simonius in castigar. ad Isaacij Vossij Opusculum &c. pag. 15. & 16. & in iudicio de responsione Vossij pag. 31. & 32. Scribè videlicet, inquit, qui libros Tobie & Iudith etiam ab Hieronymo inter Hagiographos reponi cognoverunt, pro voce Apocrypha reposuere Hagiographa non attendentes Hieronymum his locis non ex sua & Ecclesiæ sententia loqui, sed ex mente Iudaorum.

(d) Nullum legitur hanc in rem Nicænæ Synodi decretum: poterunt interim istius Synodi Patres aliquas sententias ex hoc libro citasse.

ignorantes quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum Scripturæ sensum relinquens, uniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem parvam habemus scientiam, & Latinis nobis utcumque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet (a) hydra sibilei, victorque (b) Sinon incendia iactet: numquam meum, iuvante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abijciant. Eventilent apices, litteras calumnientur: magis vestrà charitate provocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

EIUSDEM AD CHROMATIUM & Eliodorum in Tobiam præfatio.

M irari non desino exactioris vestræ instantiam. Exigitis enim ut librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham; librum utique Tobie, quem Hebræi de catalogo divinarum scripturarum secantes, his quæ (c) hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. * Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Phariseorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deservire, institi ut potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebræico; utriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui: & quidquid ille mihi Hebræicis verbis expressit, hoc ego accito notario, sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis didicero, me, quod iubere estis dignati, complisse.

(a) Benedictini ex variis MSS. legunt *excetra*, quæ vox hydram significat.
(b) Sinon filius Sisyphi, nepos Autolici furis; cui ob astutiam, & varietatem ingenij, negotium conditionis impositum in obsidione & interceptione Troia. Virg. a. Æneid.
(c) Martianay seu Benedictini Edit. oper. S. Hier. legunt hic *apocrypha*, ut & initio Præf. proximè sequentis in lib. Iudith. Quam lectionem exigere contendunt verba S. Doctoris, ne contradictionem involvant. Citant autem pro utroque loco MSS. codicem Bibliorum maximum Carthusiæ Villæ Novæ secus Avenionem; & in-

* Bened. Etini, arguunt enim nos.

* Sacra Hebræorum volumina legere & intelligere.

* Aliter, ab omnibus.

* Aliter, pressius.

Esther Hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspice; ut possitis agnoscere, me nihil * etiam augmentasse addendo, sed fidei testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ lingue tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expavescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus: quoniam Deus dis-sipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundum Apostolum, Qui eiusmodi sunt, servi Christi esse non possunt. * Rursum, in libro Esther alphabetum ex minio usque ad Teth litteram fecimus diversis in locis, volentes scilicet Septuaginta Interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

EUSEM IN LIBRUM IOB

Cogor per singulos scripturæ divinæ libros adversariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta Interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum e verbo, vel sensum e sensu, vel ex utroque commixtum, & mediè temperatam veteris translationis expresserint; & omnia Veteris Instrumenti volumina Origenes obelis asterisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit: probans defuisse quod additum est. Discant igitur obrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest ut quos plura intermisisse (a) susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipue in Job: cui si ea que sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc dumtaxat apud Græcos. Ceterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, (b) septingenti ferme aut octingenti versus desunt; ut de-

(a) Quamplures MSS. codices legunt, *conspexerint*. Aliquot alij, *prospexerint*, vel *perspexerint*.
(b) Rich. Simonius hist. crit. Ver. Test. cap. 1. pag. 6. legendum putat, *septuaginta ferme aut octoginta*. Quem egregiè refellit Martianus not. in hanc Præf. & Prolegomen. 4. n. 3. pag. 31. col. 1. in fine.

* *Aliter*, unquam.

Psal. 52. 6.

Gal. 1. 10.

* *Benedictini* sequentia ut suppositi-
tia rejici-
ant.

curtatis & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretum: sed ex ipso Hebræo, & Arabico sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonant. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus: & quod Græci rhetores vocant, *επιπυρρῆσις*, dum qui aliud loquitur, aliud agit: ut si velis anguillam vel (c) murenulam strictis tenere manibus, quando fortius presseris, tanto citius elabatur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lydæum quemdam præceptorum; qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemisse nummis: cuius doctrinã an aliquid profecerim, nescio: hoc unum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, usque ad verba Job, apud Hebræos (d) prosa oratio est. Porro a verbis Job, in quibus ait, *Pererat dies in qua natus sum, & non in qua dictum est: Conceptus est homo: usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & ego penitentiam in favilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo, spondeoque currentes: & propter linguæ idiomata, crebrò recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris * pedum solutis: quod metrici magis, quam simplex lector intelligunt. A supraddicto autem versu usque ad finem libri, parvum comma quod remanet, prosa oratione contextitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alæxi, & * Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendendi; legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, non ut interpretationem anti-*

QUAM

quam reprehenderem, sed ut ea que in illa aut obscura sunt, aut omisa, aut certe scriptorum vitio depravata, manifestiora nostrã interpretatione fierent: * ut qui Hebræorum sermonem ex parte didicimus, & in Latino pene ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quod si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam Christi Evangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio, Iudaizantes hæretici, sunt recepti, qui multa mysteria Salvatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in *εὐαγγέλις*, habentur apud Ecclesias, & explanantur ab Ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omisa repetere, depravata corrigere, & Sacramenta Ecclesiæ puro & fidei aperire sermone; vel a fastidiosis, vel a * malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argenteoque descriptos, vel * uncialibus, ut vulgò aiunt, litteris onera magis exarata, quam codices: dummodo mihi, meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices, quam emendatos. Utraque autem editio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latino meo labore translata est. Eligat unusquisque quod vult: & studiosum (a) me magis, quam malevolum probet.

ALIA EUSEM PRÆFATIO.

Si aut fiscellam iuncto texerem, aut palmarem folia complicarem, ut in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicitã mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Salvatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam divinarum voluminum viam sentibus virgulisque purgare; (b) error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros

(c) Benedictini *Murenulam* legunt, que piscis est non dissimilis anguillæ: cum *Murenula* sint ornamenta aurea quibus colla mulierum ornantur. Hier. Epist. aliàs 15. ad Marcellam, de laudibus Asellæ. *Aurum colli sui, quod quidem murenulam vulgus vocat, &c.*
(d) MSS. aliquot, *prosaica*, sive *prosaica*.

(c)

(d)

Job. 3. 3.

Job. 42. 6.

(a)

(b)

* *Benedicti*. Sappho. *Est insignis Poëtria*, Sapphicis carminis inventrix.

habere volunt codices, quam emendatos. Quapropter, (c) o fratres dilectissimi, unicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro fabello, calathis, sportellisque, minusculis monachorum, spiritalia hæc & mansura dona suscipite; ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & veribus scatebat errorum, integrum immaculatamque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei universa reddita; ita ego in lingua nostra, * (ut audacter loquar) feci eum habere quã amiserat. Igitur & vos, & nunquamque lectorem solità præfatione commoneo, & in principis librorum eadem semper annexens, rogo, ut ubicumque præcedentes virgulas videritis: sciatis ea que subiecta sunt, in Hebræis voluminibus non haberi. Porro ubi stellæ imagi præfulserit * ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Necon & illa quæ * haberi videbantur, & ita corrupta erant: ut sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxerit: magis utile quid * ex orio meo ecclesiæ Christi venturum ratus, quam ex aliorum negotio.

* *Aliter*, maledicis.

* *Quidam* MSS. initialibus.

ALIA EUSEM PRÆFATIO.

Si aut fiscellam iuncto texerem, aut palmarem folia complicarem, ut in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicitã mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Salvatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam divinarum voluminum viam sentibus virgulisque purgare; (b) error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, falsarius dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros

(a) Plures MSS. codices legunt, *re*.
(b) Benedictini simpliciter habent: *mibi geminus infligitur*: h. e. dens geminatur, sic a genis dictus. Hinc, aliquem *genuum* rodere, *genuum* in aliquem frangere, est alicui detrahere. Ita

ferè loquuntur Pers. & Iuven. Satyr. 1. & 5. Hieronymus ipse simili phrasî utitur lib. 1. Apol. adv. Ruf. cap. 7. initio.

EUSEM IN PSALTERIUM,

quod secundum Septuaginta editionem, quod correxerit, præfatio.

Psalterium Romæ dudum positum emendaram: & iuxta Septuaginta Interpretes, licet cursim, magnã tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, o Paula & Eustochium, scriptorum vitio depravatum, plusque antiquum errorem, quam novam emendationem valere: * me cogitis, ut veluti quiddam novæ, scissum iam arum exerceam; & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem: æquum esse dicentes, ut quod crebrò malè pullulat, crebrius succidatur. Unde consuetã præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quam eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi unusquisque vel iacentem lineam, vel radiantia signa, idest obelos: vel asteriscos * & ubicumque viderit virgulam præ-

(c) Benedictini legunt: *O Paula & Eustochium*.

(c)

* *Benedictini*, (audacter loquor.)

* *Idem*, habere videbamur.

* *Plures* MSS. codices: ex odio meo.

* *Benedicti*, & simpliciter, cogitis.

EIUSDEM IN DANIELEM præfatio.

Danielem prophetam iuxta Septuaginta Interpretes, Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Sive enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta

* Plures MSS. vocem linguam omittunt.

* Daniel a. 4. cap. 2. ad cap. 8. Histras a. 7. cap. 4. ad 5. 27. cap. 7. lib. 1. Jeremias. c. 10. 7. 11.

* Plures MSS. non habent. (a)

* Benedicti. Hæc idcirco, ut &c.

Interpres eandem * linguæ lineas in translatione servare: sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldaeam linguam sciente, editus est liber: sive aliud quicquid exiterit ignorans: hoc unum affirmare possum, quod multum a veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est * Daniele maxime & Esdræ, Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaeo sermone conscriptos. Et unam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum reclusissem: & multo sudore, multoque tempore vix cœpissim anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerem, impegi novissimè in Daniele: & tanto tædio affectus sum, ut desperatione subitâ omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me * quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: & (a) qui mihi videbar sciolus, inter Hebræos cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et ut verum fatear, usque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare. Hæc idcirco * refero, ut difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis, draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito, easque iugulante, subiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audivi ego quemdam de præceptoribus Iudeorum, cum Susannæ derideret historiam, & a Græco nescio quomodo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origenum quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἔχουσαι καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, et de Græco

(a) Benedicti sic legunt. Qui mihi videbar sciolus inter eos, cœpi rursus discipulus esse Chaldaicus.

sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: Ut verbi gratiâ, dicamus de arbore illicè dixisse eum, illico pereas: & a lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lentè pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem: sive aliud quicquid arboris nomen conveniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cavillabatur, ut in camino astuantis incendij metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa provocarent. Aut quod miraculum, divinæque aspirationis iudicium, vel draconem interfectum offâ picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis præsentia solertis viri, quam prophetali essent spiritu perpetrata? Cum verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldaeam raptum discophorum lectitaret, quærebatur exemplum ubi legissemus in toto veteri testamento quemquam sanctorum gravi volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia transisse, cui cum quidam e nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldaea in Iudæam fuisse translatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demonstravit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Daniele apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura dividitur: in Legem, in Prophetas, & in Hagiographa, id est in quinque, & octo, & in undecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, immo contra hunc librum, Porphyrius objiciat: testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinarius: qui multis versuum millibus eius vesaniae respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Unde obsecro vos ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: ut quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, utile Ecclesiæ, dignum poste-

2. Cor. 12.

3.

lib.

* Oblatrantium non satis moveor: qui in utramque partem, non amore labuntur, aut odio.

EIUSDEM IN XII. PROPHETAS præfatio.

NON est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Unde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt, Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioël planus in principiis: in fine obscurior. Et usque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quem Esdræ scribam, legisque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos ô Paula & Eustochium admonitas volo, unum librum esse duodecim Prophetarum: & Osee synchronon Isaïæ: Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo; sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt.

EIUSDEM IN EVANGELISTAS ad Damasum præfatio.

NOVUM opus me facere cogis ex veteri: ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbitri sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de ceteris, ipsum ad omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & a saliva quam semel imbibit, viderit discrepare quod lætitat: non statim erumpat in vocem, me falsarium: & clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus: tuo enim sunt exemplaria pene

* Aliter, clamans.

quot codices. Sin autem veritas est querenda de pluribus: cur non ad Græcæ originem revertentes, ea quæ vel a vitiosis interpretibus malè reddita: vel a præsumptoribus imperitis emendata perversis: vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de Veteri disputo Testamento: quod a Septuaginta Senioribus in Græcam linguam versum, tercio gradû ad nos usque pervenit. Non quero quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotus inter novos, & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probaverunt. De Novo nunc loquor Testamento: quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Marthæo, qui primus in Iudæa Evangelium Christi Hebraicis litteris edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & (a) in diversos rivulorum tramites ducit: uno de fonte querendum est. Prætermitto eos codices quos a Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio: quibus utique nec in * toto Veteri Instrumento post Septuaginta Interpretes emendare quid liceat, nec in Novo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis Scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum; quæ ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo * temperavimus, ut his tantum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoque, quos Eusebius Cesariensis Episcopus, Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse quæ in Evangeliiis, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione * cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum, quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverint, addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui uhum e quatuor primùm legerat, ad eius exemplum ceteros quoque * existimaverit emen-

* Benedictini omittunt vocem tuam.

* Plures MSS. codices, imperavimus.

* Aliter, cognoscat.

* estimandam verit.

(a) Sic aliquot MSS. recentiores cum editis: sed antiquiores ac melioris notæ, simpliciter

legunt, diversos rivulorum tramites ducit: quos Benedictini sequuntur.

andos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucae atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in ceteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inveniuntur. Cùm itaque Canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In Canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octavo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria (a) quique quæ non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò Evangeliiis, ab uno incipientes, usque ad finem librorum, dispar numerus * accessit. Hic nigro colore * descriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem usque procedens, indicat prior numerus in quo sit Canone requirendus. Cùm ergo aperto codice, verbi gratiâ, illud sive illud capitulum scire volueris cuius Canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrans ad principia, in quibus Canonum est distincta congeries, eodemque statim Canone ex titulo frontis invento, illum quem quærebis numerum, eiusdem Evangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur, invenies; atque e vicino ceterorum tramitibus inspectis, quos numeros e regione habeant, annotabis: & cùm scieris, recurras ad volumina singulorum, & sinè mora repertis numeris quos ante signaveras, reperies & loca in quibus vel eadem, vel vicina dixerunt. (b) Sciendum * tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error involvat, quòd sicubi in subnotatione Canonum distinctorum, in Canone quolibet tres Evangelistæ, bis, ter, vel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus e contrario, discrepantes, quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore voluminis sui ponat,

(a) MSS. codices legunt, unusquisque: sicque Benedictini ponunt.

(b) Totum quod sequitur, usque ad illud in fine; opto ut &c. ut spurium & addititium expungant, pluribus nixi MSS. codicibus antiquissimis, qui illud prorsus omittunt: unus

quoties diversi numeri in eius Canone positi * stant contra prædictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in uno quolibet eorum aut etiam * duobus idem in Canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperitur in ordine collocatus, & dispare inveniantur in ceteris: dubium non erit, quin id quod illius illorumve Canonis numerus bis, ter, & quater repetitum ab his in volumine semel dictum esse ostendit, alter alterius eorum toties uno atque eodem sensu loquantur, quoties præterierint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium novem Canonum collatione servabitur. Ceterum in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo contineantur) non potest contra id comparatio esse quod solum est. Opto ut in Christo valeas, & memineris mei Papa beatissime.

EIVSDEM EX CATALOGO

Scriptorum Ecclesiasticorum.

Paulus Apostolus, qui ante Saulus, prætra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Benjamin, & oppido Iudææ Gischalis fuit: quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit; a quibus ob studia legis missus Ierosolyma, a Gamaliele, viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cùm autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis a pontifice templi epistolis, ad persequendos eos, qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electio- nis de persecutore translatus est. Cùmque primum ad prædicationem eius Sergius Paulus, proconsul Cypri, credidisset, ab eo, quòd eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnabâ, multis urbibus peragratis, revertensque Ierosolymam, a Petro, Iacoboque & Ioanne, Gentium apostolorum ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conversatione scriptum est; hoc tantum dicam, quòd post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tempore,

quo autem, sc. San-Germanensis 6. istud additamentum ponit per modum argumenti distincti ab Epist. ad Damasum; nec in fine habet salutationem, Opto ut &c. sed immediatè post ista, quod solum est, subiungit, Explicit argumentum.

EIVSDEM EX CATALOGO

Scriptorum Ecclesiasticorum.

Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore; ut autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum Episcopus ordinatus, unam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Ierosolymæ post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, numquam atronsus est, nec unctus unguento, nec ausus balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta Sanctorum: siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis: solusque ingrediebatur templum, & * fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum durti- tiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in Septimo interpres, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum a Nerone esse successorem eius Albinum: qui cùm necdum ad provinciam pervenisset, Ananus, inquit, pontifex, adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione * concilium congregavit: & compellens publicè Iacobum, ut Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui cùm præcipitatus de pinna templi, contractis cruribus, adhuc semivivus, tendens ad calum manus, diceret; Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: propter eius necem, creditum sit subversam esse Ierosolymam. Hic est, de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas: Alium Gal. 1. 19. autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Evangelium quoque, quod appellatur secundum

quo Festus, procurator Iudææ, successit Felici, Romam vinculus mittitur; & biennium in libera manens custodia, adversus Iudæos de adventu Christi quotidie disputavit. Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrat historiae.) Paulum a Nerone dimissum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore, quo & passus est, de vinculis distat epistolam.) In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberavit me Dominus ab omni opere malo, & salvavit me in regnum suum caeleste, quòd scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolator, & tempus resolutionis meae instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die, quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in viâ Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Scripsit autem novem ad septem Ecclesiæ epistolas; ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur propter styli sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum; vel Lucae Evangelistæ, iuxta quosdam; vel Clementis, Romane postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse, & ornasse sermone: vel certè, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter invidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputaverat, scripserat ut Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè, ut ea quæ eloquentur scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum: & hanc causam esse, quòd a ceteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenses; sed ab omnibus exploditur.

2. Tim. 4. 16. 17.

17. 18.

5. 6.

* Dissol-
nantiam.

* Aliter,
flexis.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

1. 19.

in consequentibus diversorum inter setemporum textum historias: ut Iob liber, & Tobiae, & Esther, & Iudith, & (a) Esdræ, & Machabæorum libri duo.

(b) Sed hi omnes, præter librum Iob, Regum sequuntur historiam, deinceps Iudaicorum annales suis quibusque temporibus (c) persequuntur, continentes tristia, sive læta, quæ post excidium Ierusalem Iudaico populo (d) acciderunt.

Ex quibus quidem Tobiae, Iudith, & Machabæorum Hebraei non recipiunt. Ecclesia tamen eisdem inter canonicas scripturas enumerat.

Occurrunt dehinc Prophetæ, in quibus est Psalmorum liber unus, & Salomonis libri tres, Proverbiorum scilicet, Ecclesiastes, & Cantica Canticorum. Duo

(a) Esdræ & Machabæorum libri duo. *Mallen legeretur, Esdræ duo, & Machabæorum libri duo, ut Aug. unde hæc desumpta sunt, dixit, a. de doct. Christ. c. 8. his verbis:* Iob & Tobias, & Esther, & Iudith, & Machabæorum libri duo, & Esdræ duo, quæ certè duo, ad utrumque referatur necesse est, alioquin summa librorum quadraginta quinque veteris Testamenti Isidoro non constabit. Neque movere debet, quod in etymologiis lib. 6. c. 2. hæc verba legantur. Nec quemquam moveat, quod unus Esdræ dicitur liber, quia secundus, tertius, & quartus non habentur apud Hebræos; sed inter apocryphos deputantur. *Quæ verba manifestè corrupta sunt. Nam quævis Hebræi, Esdræ, & Nehemias sermones uno libro comprehendunt, quod forte Isidorus in etymologiis sequutus est, apocryphi tamen Esdræ, non tres libri, sed duo tantum sunt.*

(b) Sed hi omnes, præter librum Iob, Regum sequuntur historiam. *Augut. loco citato, sic ait:* Sicut est Iob, & Tobias, & Esther, & Iudith, & Machabæorum libri duo, & Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam usque ad regnum vel Paralipomenon terminatam. *Quod Aug. de Esdræ libris intellexit, adnotat Regum & Paralipomenon libris: Isidorus ad Tobiam, Esther, Iudith, Esdræ, & Machabæorum libros extendit: unde locus subobscurus redditur, quod, ut alij libri omittantur, de Tobia præsertim nescio quomodo possit intelligi, cum constat tempore Salmanator, & Sennacherib eius filij ante eversum Hierosolymam in Assyria viasse. Nisi forte Isidorus Regum sequi historiam eos omnes libros credidit: quod post omnes, aut post aliquos Reges res in his libris explicatè contigerint. Porro Iudaicorum annales, Iosephi historiam, aliosque Hebræorum de rebus suis libros intelligit; unde Seder-boiam, hoc est, Hebræorum Chronicon ante quadringentos amplius annos conscriptum est.*

(c) al. persequuntur.

(d) al. accesserunt.

(e) Qui dum dicantur a Iesu filio Sirach editi. *Codex D. Laurentij pro dum dicantur, legit: dum sint, iuxta utramque lectionem (quod frequens in Isidoro est) particula, dum, pro cum accipitur, quod veteribus etiam usitatum fuit, ut illa verba Aneidos 1.*

quoque illi egregij, & sanctæ institutionis libelli, Sapientiam dico, & alium, qui vocatur Ecclesiasticus: (e) qui dum dicantur a Iesu filio Sirach editi, tamen propter quamdam eloquij similitudinem Salomonis titulo sunt prænotati. Qui tamen in Ecclesia parem cum reliquis canonicis libris tenere noscuntur auctoritatem.

Supersunt libri sedecim Prophetarum, (f) ex quibus quatuor sunt qui maiora volumina condiderunt, id est, Isaias, Ieremias, Ezechiel, & Daniel.

Reliqui verò duodecim breves sunt, & contigui, & ob hoc uno volumine coarctati, quorum nomina hæc sunt: Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Quidam autem le-

Cam venit autem iam se Regina superbis Aurea composuit sponda, medianque locavit. *Servius ait:* Sanè sciendum, cum & dum, malo errore a Romanis esse confusa. *Quod vero Sapientiam, & Ecclesiasticum Iesu filio Sirach tribuit: & idem inferius repetit, ex Aug. de simplici 2. de doct. Christ. cap. 8. ubi ait:* Nam illi duo libri, unus, qui Sapientia, & alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quodam similitudine Salomonis esse dicuntur: Nam Iesus filius Sirach, eos scripsisse constantissimè prohibetur; unde & ex eisdem Augut. verbis lib. 17. de Civit. Dei, c. 20. intelligitur proxima verba legendum: propter quendam eloquij similitudinem, non autem propter grandem eloquij similitudinem, ut duo chortuice Hispanenses legebant. *Verum non animadvertit Isidorus Aug. 2. retract. c. 4. eam opinionem, quod spectat ad Sapientia librum, retractasse. Sanè & Hieronymus præfatione in libros Salomonis, de Sapientia libro ait:* Nonnulli scriptorum veterum hunc esse Philonis affirmant, quod Isidorus ipse se ipso prudenter sequutus est, 6. etymol. cap. 2. Philonis, ut ego suspicor, non Alexandrinis, sed Bibliis, de quo frequens in Eusebio mentio, libris de præpar. Evang.

(f) Ex quibus quatuor sunt, qui maiora volumina condiderunt. *Sequitur hoc loco Græcorum, & Latinorum opinionem, qui libros omnes Prophetarum, ab eisdem Prophetis, quorum nomina præferuntur, compositos esse credunt, cum 6. etymol. c. 2. Ezechielis & Danielis libros affirmet, a quibusdam viris sapientibus scriptos esse, quæ est constantis Hebræorum sententia. Rabbi Isaac Haram præfatione in Cantica: & Rabbi Moyses Kimbi lib. de auctoribus sacrorum librorum: viros congregationis magnæ librum Ezechiel, duodecim Prophetarum, Danielis & Esther scripsisse aiunt. Quo magis miror ex hoc numero Daniele solum inter Obethulim, id est, Hagiographa ab Hebræis poni. Hieronymus prologo in Daniele & præfatione comment. ad eundem Prophetam, Paraphrasium ait: occasione arripuisse calamitandi religionem nostram, quod negaret Danielis Prophetam a Propheta ipso editum fuisse, sed a quodam, qui in Iudæa vixit, tempore Antiochi Epiphanis, affirmaret scriptum.*

(a) Ieremiæ (a) lamenta segregantes, de volumine eius (b) resecurerunt, sicque quadraginta quinque libros veteris Testamenti suscipiunt.

Hinc occurrit Testamentum novum: cuius primum Evangeliorum libri sunt quatuor, scilicet, Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes. Sequuntur deinde epistolæ Pauli Apostoli quatuordecim, id est, ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duæ, ad Colossenses, ad Timotheum duæ, ad Titum verò, & ad Philemonem, & ad Hebræos singula.

Epistolæ quoque Iohannis Apostoli tres, Petri duæ, Iudæ, & Iacobi singula.

Actus etiam Apostolorum, & Apocalypsis Iohannis. Fiunt ergò in ordine utriusque Testamenti libri septuaginta & duo.

Hæc sunt enim (c) nova & vetera, quæ de thesauro Domini proferuntur, e quibus cuncta sacramentorum mysteria revelantur. Hi sunt (d) duo Seraphim, qui in confessione sanctæ Trinitatis iugiter decantantes (e) τρις ἄγους hymnum erumpunt.

(f) Hæc etiam duæ olivæ in Zacharia, quæ a dextris & sinistris lampadis adstant, atque pinguedine & splendore Spiritus sancti, totum orbem doctrinæ claritate illuminant.

Hæc litteræ sacræ, hi libri integri numero & auctoritate: aliud cum istis nihil est (g) comparandum. Quidquid extra hos fuerit, inter hæc sancta & divina nullatenus est recipiendum.

Disposito igitur veteris ac novi Testamenti ordine librorum, & numero, nunc cursim breviterque in eos parva proœmia narrationum subjiciamus.

(a) al. lamentationes.

(b) al. secerunt.

(c) Matth. 13. v. 52.

(d) Isai. 6. v. 3.

(e) Trishagios hymnum erumpunt. *Sic legit Hispanensis in membranis Septimancensis: Ter hagos hymnum erumpunt. Duo cartaceæ Hispanensis & Turra-onensis hagos, hagos, hagos dicentes hymnum erumpunt. Alludit autem ad illa verba, Isai. 6. vers. 3. ubi de duobus Seraphinis ait: Clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Porro hymnum erumpunt, dixit: pro in hymnum erumpunt, quod locutionis formâ Virgilius est usus, cum 3. Aeneid. ait.*

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem.

(a) De Genesi. Genesis iuxta fidem historia describit fabricam mundi, & hominis conditionem cataclysmum, & divisionem terræ, confusionem quoque linguarum, gestaque omnium Patriarcharum, usque ad ingressionem Israël in Ægyptum.

(b) De Exodo. Exodus continet Hebræorum servitutem, ac decem plagas Ægypti; egressum populi, & nubem protegentem transitum etiam rubri maris, mersumque cum curribus Pharaonem, & gloriæ decantationem, ingressum quoque eremi, cibum mannae, quo aliti sunt, percussionem quoque rupis, & fluentia in dulcedinem verba, pugnam Amalec, mandata etiam Decalogi, & arcam Testamenti, dedicationemque tabernaculi, & oblationem.

(c) De Levitico. In Levitico autem lex sacrificiorum, hostiarumque diversitas, indumenta Pontificum, & Levitarum ministeria describuntur: ciborum etiam discretio, (h) & diversæ peccatorum purgationes, vel hostia ordinantur.

(i) De Numeris. In Numeris verò egressa de Ægypto tribus enumerantur; profectioesque (i) eorum, perfectiorum ætate virorum, qui egressi sunt de Ægypto, computatio tenetur inserta, Prophetia Balaam, quadraginta quoque duarum per eorum mansionum sacramenta signantur.

(k) De Deuteronomio. In Deuteronomio autem, quæ est secunda lex, narrantur ea, quæ inter Pharan & Tophel, & Laban, & Naseroth, usque ad Cades-Barne fuerunt (k) populo dicta a Moysè: mandata videlicet, atque promissa, maledictiones peccatorum, & promissiones beatitudinis. Ibi canit canticum Moyses. Ibi dat benedictionem filiis Israël: ibique terræ repositionis conspecta moritur, atque sepelitur.

(f) Hæc etiam duæ olivæ. *Hæc olivarum comparatio, in uno tantum Laurentiano codice erat, & in altero Hispanensi ad marginem, neque utriusque lectio consentiebat. Nos locum expungere omnino ausi non sumus, obelo notasse contenti argumento suspecta lectionis.*

(g) al. computandum.

(h) al. Et diversitas peccatorum purgationesque.

(i) al. fortassis earum.

(k) Populo dicta. *Septimancensis, & Turra-onensis legunt populo data. Et alioqui dare dicere est, ut apud Virgilium.*

da Tyrre nobis.

— a, non indebita posco.

Et contra accipere pro audire sumitur. *Æneid. 1. Quæ facere id possis, nostram nunc accipe mentem.*

(a) litur. (a) Nonnulli autem Hebræorum quatuor tantum libros computant Legis, id est, Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros. Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum, & quasi quoddam legis meditatorium dicitur. Ea dumtaxat ratione, pro eo quod illi quatuor proprias rerum gestarum continent causas, iste vero omnium.

(b) De Iosue. In Iesu Nave libro filij Israël duce Iesu Iordanem transeunt, ac secundo circumciduntur, subversisque dehinc Chananzæorum gentibus, (b) divisione terræ eorum hereditatis sortes suscipiunt.

(c) De libro Iudicum. In libro Iudicum continentur peccata, & servitutes Israël, exclamationesque populi, & miserationes Dei, describuntur prospera atque adversa bellorum.

(d) De libro Ruth. Liber Ruth eiusdem Moabitidis textit historiam, de cuius stirpe familia David descendit.

(e) Hunc Hebræi libellum, ad Iudicum librum subiungunt, pro eo quod in diebus Iudicum gesta esse commemorant, quæ in eo scripta sunt: at contra Latini, pro eo quod genus Regis David retexit, ortum ex eadem Moabide Ruth, ad corpus libri regnorum veraciùs eum pertinere contendunt.

(f) De libro Regum. Regum liber, quamquam apud Latinos propter prolixitatem

(a) Nonnulli autem Hebræorum, quatuor tantum libros computant Legis. Fuisse qui negarent Deuteronomium a Mose conscriptum esse, Nicolaus de Lyra, ad primum Deuteronomij cap. initio docet, hic argumentis: quod initio libri dicatur: Hæc sunt verba, quæ loquutus est Moyses, non scripsit, quod dicit, quæ loquutus est trans Iordanem: quem fluvium nunquam Moyses transmisit, quod in fine Moysi describitur mors. Quæ argumenta refellit opus non est, & eam tamen opinionem ab antiquis Hebræis derivatam arbitror. Nam recentiores Iudæi quinque libros Legis, & omnes a Mose conscriptos esse constantè affirmant. Nam Deut. c. 31. v. 9. dicitur: Scripsit itaque Moyses legem hæc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, & rursus v. 24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque complevit, præcepit Levitis, &c.

(b) al. divisionem terræ eorum hereditatis sorte. (c) al. commemorantur. (d) al. partes. (e) al. primum Samuel scripsit. (f) Heli quoque sacerdotium in Samuel mysticè fuisse translatum. Hæc est August. sententia lib. 17. de Civit. Dei cap. 4. ubi ait. Nam Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis, & Iudicis, & Saule abiecto, Rex David fundatus in regnum, hoc quod dico figuraverunt: nempe veteris Testamenti in novum com-

(d) sui in quatuor (d) partibus sit desectus; apud Hebræos tamen in duobus divisus est voluminibus. Quorum (e) primus Samuel scribit, arcam Domini a Iudæis transisse ad Genes, (f) Heli quoque sacerdotium in Samuel mysticè fuisse translatum, & in David Saulis Regis imperium. Malachim verò Reges Iudææ, & Israëliticæ Gentis, gestaque eorum per ordinem digerit temporum, ipsum quoque Israël (g) ob errorem idololatriæ narrat in Assyrios transmigratum: ad extremum edocet, venisse Nabuchodonosor in Ierusalem: capitivumque duxisse Principem, ac populum, & subvertisse urbem, & templum.

(b) De Paralipomenon. Paralipomenon (b) apud Hebræos sub unius libri volumine continetur, appellaturque ab eis Dibre-haiamin, id est, verba dierum, apud nos autem propter prolixitatem sui in duabus decisis est partibus. Hæc est autem historia ordinem generationum, & temporum continens. In qua scilicet non parva sanctarum scripturarum eruditio continetur. Nam quæ in historia veteris Testamenti in locis suis, aut omnino omissa sunt, aut fortasse non plene digesta: in isto summam, ac breviter explicata sunt, cuius quidem series e latere Legis, sive Regnorum adiuncta procedit, perveniens ad illud usque tempus, quo & Regnorum textus finitur. & (f) Namque ab exordio fabricæ mun-

(a) mutationem, quod Isidorus illo adverbio mysticè significare voluit. Hieronym. 1. contra Iovinian. ex illis verbis Psal. 98. v. 6. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius, colligit, Samuel non sacerdotem, sed Levitam tantum fuisse. Quæ sententia eruditil magis probatur. Qui enim esset sacerdos, præsertim summus, cum non esset de posteritate Aaronis & Idem epist. ad Paulinum, quæ intor est generalis præfationis in sacros libros, sacerdotij mutationem non ab Heli in Samuel, sed ab Abiatar in Sadoc factam esse, competenter ait, eaque re Legis veteris in novam transitionem significari affirmat.

(g) al. ab errore. (b) Paralipomenon apud Hebræos sub unius libri volumine continetur. Hæc est Hieronymo sumpta sunt præfatione altera in libros Paralipomenon. Illud de suo auctor addidit: in duabus decisis est partibus. Casuum permutatione, ut sæpè consuevit. Possit inferri, ubi nos legimus explicata sunt, duo cartabocii explenda esse, tum ex plurimum codicum fide, tum ex ea Hieronymi præfatione intelligitur, tametsi sententia non discrepat, utroque modo legatur.

(f) Namque ab exordio mundi incipiens, &c. Locum ubi confiximus, quævis trisim codicum lectione rubricam, qui neque in annorum numero, neque in generationum conveniebant. Nos de anno-

mundi incipiens protenditur per ordinem rerum gestarum usque ad ruinam Ierusalem in annis tribus mille septuaginta duobus per generationes septuaginta duas.

(a) De libro Iob. Iob liber continet eiusdem sancti viri damna, funera vel flagella, & contumeliosa consolantium dicta, lamenta quoque eius, in quibus totius mundi deplorat miseriam: consolationes etiam Dei ad eum per turbinem, eiusque duplicem bonorum in fine remunerationem. Hic autem ex suis passionibus & verbis Christi expressit imaginem: coniu vero eius carnalium tyrum designat, qui intra Ecclesiam positi vitam spiritualium moribus suis scandalizant. Amici vero eius speciem (a) præbuerunt hæreticorum, figuramque dogmatum perversorum. Porro Eliu, qui adversus Iob gravi exprobratione innititur, significat eos, qui intra sanctam Ecclesiam arroganter prædicant, & per tumorem cordis, ac scientiæ fastum, quidquid proferunt, superbiæ exemplis (b) ostentant.

(c) De Psalterio. Liber Psalmorum, quamquam uno concludatur volumine, non est tamen editus uno eodemque auctore. (c) Decem enim Prophetæ sunt, qui eos diverso tempore scripserunt, id est, Moyses, David, Salomon, Asaph, Eman,

rum ratione non maxime laboramus, cum in ea re, ut in qua maxime, scriptores variant. Euseb. ab initio mundi usque ad Ierosolyma excidium sub Nabuchodonosor annos numerat 4510. Hebræi in Seder-boiam 3338. Nos, cum in ea re nonnihil operæ esset consumptum, ann. inveniebamus 3390. Atque hæc de annorum ratione. Quod vero septuaginta duas generationes, seu progenies ab exordio mundi usque ad excidium Hierosolyma fuisse ait, suspicor lectionem esse vitiatam, & quinquaginta duas generationes poni debere: nempe quot in Luca, quot quæ ab Hebræis ex veteri Testamento ab Adam ad illud tempus numerantur.

(a) al. præterierunt. (b) al. ostendunt. (c) Decem enim Prophetæ sunt, qui eos diverso tempore scripserunt. Sententia est Hieronymi, non omnes psalmos a Davide fuisse editos epistola ad Cyprinum, & epistola ad Sophrosium; & prima contra Rufinum. Cum Hieronymo omnes Hebræi conveniunt. Augustinus variis est initio commentor. in Psalmis, & 17. de Civitate Dei, cap. 14. Ceteri formæ Græci, & Latini expositores, omnes Psalmos a Davide fuisse editos tenent. De re hæc nihil in præsentia statu. Nomina sanè Prophetarum a quibus Isidorus Psalmos esse compositos ait, in omnibus exemplaribus corruptissimè posita erant. Nos veram lectionem restitimus, tum ex codicum inter se collatione, tum ex prim. Paralip. 6. v. 22. in filiis Core senioris prophetarum numerus completur, Esdras, Aggeus, & Zacharias sub dubio ab Isidoro inter auctores Psalmo-

Ethan, Idithun, & filij Core Asir, Elcana, Abiasaph, sive Esdras. Nonnulli etiam Aggei, & Zachariæ esse existimantur. (d) De iis autem, qui sine titulis sunt, traditio veterum talis est, ut cuius auctoris præscriptio precesserit, ceteri, qui sine titulo sequuntur, ipsius esse credantur. Est autem hic liber allegoricis ac typicis sacramentis signatus: specialiter autem, quod natus, quod passus, quod surrexit Christus: penè hoc omnium Psalmorum resonat organum. Sciendum autem, quod apud Hebræos omnes Psalmi permisti fuerunt, & inordinati, quos tamen primus Esdras in unum volumen (e) coëgit, & in ordinem, numerumque disposuit, ac peroculto mysterij sacramento aliis alios prætulit ordine, dum posteriores videantur in tempore, Nam secundum historię cursum tertius Psalmus quinquagesimo posterior est, sed propter mysterium in ordine prior est. Sic enim habentur & ceteri, quia Spiritus sanctus eos præordinavit, ut voluit.

(f) De libris Salomonis. Salomon tria volumina edidit: primus ex his Proverbiorum liber est: secundus, qui appellatur Ecclesiastes: tertius cuius titulus est, Cantica Canticorum. In quibus quidem tribus libris (f) trium generum disciplinas com-

porum numerantur, coniectura tum verborum, tum 6. etymologiarum cap. 2. ubi cum de re eadem agatur, eorum nomina prætermittuntur. Rabbi Isaac Horama in Cantico. præfatione decem quidem Psalmorum auctores numerat, longè tamen aliter quam Isidorus: nempe, Adam, Melchisedech, Abraham, Mosem, Heman, & Idithum, & tres filios Core, quæ ad Iudæorum fabulas oblegant. Porro præcipua auctoritate, & eruditione viri, Esdræum non tantum ut Hieronym. epist. ad Sophronium ait, Psalmos omnes in unum volumen collegisse affirmant, sed etiam pro certo ponunt, ab eodem primum psalmum fuisse compositum, ut esset instar præfationis in anticorum opus, præoccareque lectionem ad divinam legem lectionem.

(d) De iis autem, qui sine titulis sunt. Sententia est cum Hebræorum, tum Hieronymi epistola ad Cyprinum, eo argumento contendunt, undecim omnino Psalmos Moysen auctorem habere, a Psalmo octuagesimo nono, ubi eius nomen præfertur, cum decem psalmi sequentes sine titulo sint apud Hebræos. (e) al. collegit. (f) Trium generum disciplinas composuit. Sic sentit Hieronymus initio commentoriorum in Ecclesiast. & epistola ad Paulum Urbicam; nisi quod pro theoricis, quam ponit Isidorus, Hieronymus priori loco Theologicum, posteriori Logicum posuit. Utramque lectionem continuisse videtur Isidorus ipse 2. etymolog. c. 24. cum ait: In his quippe tribus generibus philosophiæ etiam eloquia divina consistunt. Nam aut de natura di-

populi, & successionem futuri. Sumit etiam calicem supplicij, atque universis gentibus porrigit. Accipit & lumbare sub exemplo populi Iudæorum, atque putrefactum projicit illud in dispersionem trans flumina gentium. Ostendit & calicem aureum Babylonis, per quem inebriatus est mundus Iethifero idololatriæ haustu.

Iubetur & projicere in Euphraten volumen lapidi alligatum, ad demonstrandum interitum Babylonis, vel figuratiter totius mundi. Increpat etiam delinquentes, & ad conversionem provocat.

Ad ultimum plangit ruinam Jerusalem, templique excidium, & dispersionem gentis; quæque non tantum prænuñtiavit, sed etiam præsentia vidit. Exorsus est autem duodecimo anno Iosia Regis Iudæ eo tempore, quo & Oida mulier, Prophetiaque eius per quatuor Reges extensa est, sub Iosia, & Eliacim, & Ioacim & Sedecia, sub quo eversa est Ierusalem. Annis lxxii. & tribus mensibus prophetavit, excepto illo tempore, quo post eversam Ierusalem in Ægypto cum populo fuit.

De Ezechiele. Ezechiel, qui in Latinum vertitur fortitudo Dei; hic figurans typicè Christum, stat iuxta fluvium seculi; & præclara contuetur mysteria.

Cernit similitudinem gloriæ Dei, & quatuor animalia in similitudinem Evangeliorum: & rotas se invicem continentes in typo testamentorum. Videt & aurigam, id est, Christum, deorsum igne iudicij, sursum electri, id est, divinitatis fulgore rutilantem. Comedit quoque librum divinæ legis, in quo scriptum est lamentum penitentium, & carmen iustorum, & vae eorum, qui post peccatum penitentiam non egerunt. Dehinc accipit laterem: in quo obessa Ierusalem pictura describitur, vel in quo sub typo Christi eiusdem Ierusalem, id est, totius Ecclesiæ, quæ est e latere Christi formata mysteria describuntur. Capit & hic Propheta somnium sinistri lateris, in (a) typo mortis peccatorum qui ad lavam positi æterna supplicia sustinebunt: ac demùm a sinistro in dextro latere dormire iubetur propter spem eorum, qui per mutationem morum resurrectionis gloriam obtinebunt.

(a) al. typam.
(b) al. figuram.
(c) al. comminatur.
(d) al. vaticinium suum.

Aspicit interea, & duas virgas sibi met copulatas, in similitudinem circumcisionis, & gentium, sive aquilam sub Nabuchodonosor, velut Antichristi (b) figura, magnis alis, & volucris celeritate totius mundi imperia occupantem.

Plangit præterea sub specie Principis Tyri beatitudinem Diaboli, quam amisit, & ruinam eius magnam cum lamentatione deplorat. Ad ultimum arundinem vel faniculum gestans metitur sub specie sanctorum mysticè Ierusalem.

Inter hæc mystica subjicit quædam moralia: falsos (c) criminatur Prophetas, atque speculatoribus præcipit, ne reticeant malitiam. Quatuor etiam ultionum pœnas peccatoribus prædicat; animasque redire ad corpora sua prophetat. Ostendit quoque unumquemque pro se rationem Domino redditurum: nec in progeniem posse ultra diffundi labem paterni delicti. Obiurgat inter hæc sub Colla, & Olliba, omnem turpitudinem Samaritæ, & Ierusalem: nativitatemque obijcit contumeliosam. Sæpè etiam ad penitentiam captivos provocat populos, & post prævaricationem admonet populum redire conversum.

De Daniele. Daniel, qui interpretatur iudicium Dei, quique etiam de Christo cunctorum manifestior Prophetarum est. Denique iste non solum venturum prædicavit, ut cæteri, sed etiam & tempus incarnationis, & passionis, per ordinem Regum, & numerum definit annorum: ita ut potius non videatur futurum prædicare, sed quasi transacta narrare. Hic autem quatuor regnorum cernit frequentius visiones, eorumque differentias sub diversis imaginibus intronit. De Antichristo quoque ostendit, quod ipse sit cornu pusillum, id est, parvo tempore regnaturus: & decem Regibus subiugatis, solus postremis temporibus regnaturus. 7 De consummatione Ierusalem, vel mundi, plura scribit, sive de iudicij, & regno sanctorum. In fine autem voluminis Prophetiæ suæ Susannæ historiam, (e) & Belis, draconisque fabulas ponit.

Hic (e) Et Belis, draconisque fabulas ponit. Plerique codices pro fabulis, fabulam legunt. Hieronymus tamen prologo in Daniele, unde hæc Isidorus est mutuatus, Susannæ historiam negat, hinc

(A) Hic autem liber apud Hebræos Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaicè lingua scriptus est. Prophetavit autem in Babylone, quando & Ezechiel.

(a) De Osee. Osee Propheta, qui intelligitur salvans, in duodecim Prophetis primus: profundior reliquis in sententiis, & (a) operosior intellectu. Isto ad eas tribus, quæ vocantur Ephraim, & Samaria, domum Iosèph, & Israël loquitur, sed per Ephraim hæreticos arguit, qui recedentes ab Ecclesiæ unitate, participes facti sunt idolorum.

(b) Per Samaritiam autem (b) eorumdem hæreticorum demonstrat figuram: qui (e) præceptorum Dei custodes esse mentiuntur: & sub prætextu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter Iudæos (d) in Christo ultimo tempore credituros pronuntiat. Tertium quoque resurrectionis Dominicæ diem prædixit. Prophetavit autem in diebus Ozia Regis Iudæ, sive Ieroboam Regis Israël, quando & Isaias.

(c) De Ioel. Ioel Propheta, qui interpretatur incipiens. Iste ad Iudam tantum, & Ierusalem vaticinium proferens, in principio sui voluminis post voluptuosa convivium ad luctum provocat Ierusalem, excidiumque eius pronuntiat. Prædicat quoque vocationem gentium, & super congregatos credentes superventurum Spiritum Sanctum. Prophetavit autem sub Iothan Rege Iudæ, quando & Michæas.

(d) De Amos. Amos, qui interpretatur

lynum trium puerorum, Belis & draconis fabulas in Hebræo esse. Eodem modo sequitur prologo commentariorum ad eundem Prophetam, neque vocis insolentia noceri quis debet, ut credit Hieronymus; & Isidori testimonio Daniele vaticinium ea parte falsi accusari. Nam fabula, quæ a fundo dicitur, ut ait Varro: 5. de lingua Latina, est res postum vulgata, sive vera, sive falsa sit. Itaque passim ea vox in utraque partem accipitur. Origenes homi. 5. in Genes. Hic iam (inquirit) refertur famosissima illa fabula Lot. Genes. 3. hist. Ecclesiast. c. 23. Audi fabulam, & non fabulam, sed rem gestam de Iohanne Apostolo. Hieron. ad Philip. 2. longum est, inquit, si vellem Sansonis fabulam ad Christi trahere sacramentum.

(a) al. peritor.
(b) al. eorum.
(c) al. præceptorum Dei Legem custodisse mentiantur.

(d) In Christo ultimo tempore credituros. Archaimus est, pro in Christum: ut Aeneid. 2. Talis in hoste fuit Priamo. Simili libertate dicendi superius dixit, transigratum pro transigrasse, invis sunt, pro inviderunt, & alia, quorum inire rationem, longum esset.

onus, vaticinavit in (e) Samaritiam & Ierusalem, tria & quatuor scelera gentium sub totius mundi figura describens. Primum itaque scelus, quia omnes in Adam peccaverunt. Secundum, quia insitam naturæ legem immemores rationis non intellexerunt. Tertium quoque eorum, qui datæ Legi non obediunt. Quartum in-expiabile eorum, qui in Christo non crediderunt; pro quibus sceletribus intonat Dominus ignem, id est, sententiam æterni iudicij illaturum. Hic autem adventum Christi sub Dominica voce ita prædicat; Ego (f) firmans tonitruum, & creans spiritum, & (g) annuntians in hominibus Christum. Reliqua autem, quæ de Amasia & Ieroboam, sive Israël loquitur: tropologicè ad hæreticos sunt referenda. Prophetavit autem sub Rege Ozia, eo tempore, quo Osee, & Isaias.

(e) De Abdias. Abdias, qui interpretatur, servus Domini, inter omnes Prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. Iste contra Idumæam loquens increpat mysticè superbiam Edom: prioris videlicet populi audeciam, quod Iacob fratrem suum, id est, Christum ex (h) Hebræorum stirpe creatum occiderit. In monte autem Sion, quæ est Ierusalem, futuram salutem, & sanctum, qui est Christus, annuntiat; atque in monte Esau, per quem figuratur Ecclesia gentium, futurum intonat Domino regnum. Prophetavit sub (i) Iosia Rege Iudæ, quando & Michæas.

(f) al. formans.

(g) Annuntians in hominibus Christum. Sive quatuor codices correctiores, tres alij legunt, annuntians in hominibus Christum suum, ut est in 190 contextu Septuaginta interpretum, & ut legit Aug. 18. de Civit. Dei, cap. 28. Totus locus est Amos 4. 8. 13. detumptus est, ubi vulgata editio habet: Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, nimirum ut docet Hieron. comment. ad eum locum, ubi eius, & nostro tempore Hebræi legunt מִן־יְהוָה Septuaginta legerunt מִיְהוָה atque ea fuit varia interpretatio occasio.

(h) al. eorum.
(i) Prophetavit autem sub Iosia. Locus est implicitissimus. Hebræi, ut Hieronymus ait initio in eadem Prophetam, videntur: hunc esse Abdiam illam, qui Achab tempore Prophetas pavit in specubus. Dorothæus in Synopsi eundem tertium ducem quinquagenarium ad Eliam missum ait. Utramque Isidorus ipse sequitur, de vita & morte Sanctorum. Hæc si vera sunt, non Ozia tempore vaticinatus est, sed Iosaphat, ut habent codices Septimacensis, Laurentianus, & Hispalensis in membranis. Hieronymus in Osee